Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Emphyteuta

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

Visual Library

tur ad debita, ad qua fundus eſt hypothecatus.

conſcientia ſolvere auct. *l. ſi convenit. §. fundus, ff. de pignor.* & aliorum jurium; quia nimirum res tranſit cum ſuo onere. At Valerus *verb. debitum diff.* 11. docet, quòd ſi venditor, qui eſt debitor principalis, eſt impotens ad ſolvendum, excuſatur etiam emptor, qui eſt debitor acceſſorius, & nihil ad ipſum pervenit de debitis: nam venditor in eum non tranſmiſit actionem perſonalem, ex qua oritur obligatio fori interni, ſed tantùm actionem realem paſſivè: propter quam obligari poteſt per Judicem ad ſolvendum. Sed an hæc ſententia ſit probabilis, & an loquatur de cenſibus decurſis, alii videant. *part. 1. tractat. 16. reſolut.* 40. Et ſi in fundo emptor invenit Theſaurum, debet inter ſe dividere emptor, & venditor, de aliis caſibus curioſis. Vide *part. 9. tractat. 8. reſolutione* 10. *per totam.*

Licet reliquias ab infidelibus redimere.

15. Licitum eſt reliquias ab infidelibus emere, cum non dicitur emptio, ſed redemptio vexationis, quam infideles exercent retinendo reliquias. Diana *part. 10. tract. 14. reſol. 18. §. Nota etiam.*

De Theſauro latente in agro empto quid ſentiendum.

Poteſt quis ſciens latere Theſaurum in fundo, licet pretio currenti emere fundum à Domino ignaro Theſauri. Ita D. Thom. & alii quamplurimi contra Hurtado, & alios; quia pretium juſtum rei ſumitur præcisè ex communi æſtimatione hominum, non ex majori utilitate rei. Verùm etſi hæc opinio ſit vera, non ineptè quidam exiſtimant Theſaurum intra venditorem & emptorem æqualiter dividendum. *p. 9. tract. 3. reſol. 15.*

EMPHYTEUTA.

Non tenetur ad reſtitutionem ceſſante ſolutione Canonis.

1. Emphyteuta ceſſans à ſolutione Canonis non tenetur reſtituere, nec poſt triennium, ſi Dominus agat de privatione Emphyteuſis. Fachinæus *part. 8. tract. 7. reſolut. 9.*

Non poteſt conſanguineis dari.

2. Prælatus rem Emphyteuticam reverſam ad Eccleſiam, non poteſt conſanguineis in Emphyteuſi dare, *text. Novel.* 120 *cap. 5. §. OEconomis, alii affirmant, ibid. reſol. 24.*

3. Si à Prælato conceditur Emphyteuſis ultra legitimam metam ſolitam, taxatam ob largiorem conceſſionem, non omninò corruere volunt, Baldus, & alii, tamen ultra metam taxatam nihil habet roboris, ſed non tollitur niſi exceſſus Novell *part. 8. tract. 7. reſol. 30.*

Corruit ultra metam taxatum.

4. Emphyteuta per 30 vel 40. annos non ſolvens penſionem, rem Emphyteuticam, non facere præſcriptionem ſpeculator; affirmant aliqui tranſacto quadragenario facere preſcriptionem. Corn. *part. 8. tract. 7. reſol. 36.*

Per 30. vel 40. annorum ſpatium non facit præſcriptionem, ſecus trãſactis.

5. Scriptura in contractu Emphyteutico de re Civili, non eſt de ſubſtantia, ſed ſolum de re Eccleſiaſtica. *ib. reſ. 25.*

Non eſt neceſſaria ſcriptura de re civili.

6. Si juramentum emphyteutæ ſit acceptum à proprietario obligat eum ad ſolvendam pœnam juratam incurſam, ſecus ſi non eſt acceptatum juramentum. Amicus *part. 10. tract. 16. reſolut. 56.*

Obligat juramentum acceptatum.

7. Non datur purgatio moræ de emphyteuta laico, ſeu Civili, ſecus de Eccleſiaſtico, qui ſi per duos annos nõ ſolverit penſionem conſtitutam amittit rẽ, niſi celeri ſatisfactione moram purgavit, ſi fuerit ſæcularis, & per tres annos non ſolverit, quarum faceret celerem ſatisfactionem non conceditur moræ purgatio ſecundum jus commune, utraque DD. claſſis *part. 10. tract. 16. reſolut.* 57. quoad fructus non tenetur poſt triennium elapſum reſtituere. Fachin. quod tenetur dicit Speculator, & alii; utraque eſt probabilis. *ibid. §. quod & contra.* Quod apprehenſionem poſſeſſionis rei emphyteuticæ poſt incurſam caducitatem auctoritate propria, ſi ſcandalum exinde non eſt evaſurum, poteſt apprehendere Dominus rei. *ibidem. §. Quod ego.*

Laico non datur purgatio moræ.

Poteſt accipere poſſeſſionem poſt incurſam caducitatem.

8. Vendita parte rei emphyteuticæ inciditur pars totius penſionis. Amic. & alii, *p. 10. tract. 16. reſol. 59.*

Vendita pars inciditur penſio.

ENSALMVS.

Quid ſit enſalmus.

1. † Enſalmus, ſeu incantatio, dicitur ſtructura verborum metro vel ſoluta oratione compoſita ad effectus miros, & ſupernaturales edendos.

† Cogni-